



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 50. Concilium Palmare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum V. sit Petrum Episcopum Altinæ Civitatis, cui
A. C. 499. districte mandatum, ut quamprimum Ro-
 mæ esset, statim ad S. Petri Basilicam se
 conferret, Symmachum Papam salutaret,
 peteretque, ut traderet illa mancipia, quæ
 ipsius Adversarii testes contra Dominum
 producere velle affirmabant; hæc ab
 Episcopis interrogarentur, at equaleo
 non imponerentur. Episcopus Altinen-
 sis neglectis mandatis ad S. Petrum non
 ivit, sed Schismaticis junctus est. Econ-
 tra Catholici indignabantur, contra Con-
 suetudinem, & Canones Episcopum Visi-
 tatorem Romam missum.

p. 343.

§. L.

Concilium Palmare.

Conjecturæ locus est, hæc dissidia Theo-
 doricum Regem permovisse, ut Ro-
 mam iret, quod multi vehementer opta-
 bant, quippe ejus præsentia securitatem
 Concilii, in quo Symmachus Papa judi-
 candus erat, præstare poterat. Utut ve-
 ro sit, Romam venit, Patricio, & Hypa-
 tio Consulibus, nempe anno 500. at Con-
 cilium non ante annum sequentem 501.
 Consulibus Pompejo, & Fausto Avieno,
 qui pro Symmacho Papa, & bona causa
 stabat, celebratum. Faustus Avienus jam
 prius anno 490. Consulatum gesserat, ab
 Illustrissima Scipionum Familia genus du-
 cens. Episcopi Liguriæ, Æmiliæ, & Ve-
 netiæ

Cassiod. Chr.
*Lib. Pont.**Ennod. I.*
epist. I.

netiæ ad celebrandum Concilium profi-^{Sæculum VI.}
 ciscentes, in via Ravennam ingressi, & ^{A. C. 501.}
 Regi, qui illo redierat, collocti sunt.
 His interrogantibus, cur se convocasset,
 respondit Rex; ideo factum, ut crimina,
 quorum insimulabatur Symmachus Pa-
 pa, maturo examine discuterent. Episco-
 pi dixerunt; ipsius Papæ esse hoc Conci-
 lium convocare, hanc Prærogativam tam
 Jure Primatus, a S. Petro acquisiti, quam
 Conciliorum, & Canonum Auctoritate,
 Sacræ Sedi competere. Rem sine exem-
 plo esse, Sedem hanc inferiorum judicio
 fuisse subjectam. Dixit Rex, consensisse
 Papam, ut Concilium convocaretur, at-
 que epistolas a se scriptas eis tradi jussit.
 Ubi Episcopi Italiæ Romam pervenerunt,
 a Symmachi Papæ alloquio abstinere, ne
 collusionis suspicionem crearent adverfa-
 riis; nihilominus ipsius mentionem in
 S. Sacrificio semper fecerunt, ut in ipsius
 Communione se vivere demonstrarent.
 Nominatim Laurentius Mediolanensis, &
 Petrus Ravennatensis id fecisse memo-
 rantur, quia Ecclesiarum suarum Digni-
 tate cæteros omnes antecederant.

Concilium primo in Basilica Julii Men-
 se Julio congregatur. Episcopi, qui in
 via Ravennam intraverant, quid Regi di-
 xissent, retulerunt. Tum Episcopis Rei
 summam tractare volentibus, Symma-
 chus Papa Ecclesiam ingressus edixit,

K 5

Gratias

Sæculum VI. A.C. 501. Gratias se Regi agere, quod Concilium

fuiſſet convocatum, & ſe ipſum id poſtulaſſe affirmavit. Ita demum Epiſcopi hac ſuper re acquieverunt. Tunc vero Papa petiit, ut priuſquam de ipſa accuſatione ageretur, Viſitator, quem aliqua Clericorum Pars, & aliqui Laici contra Canones mitti rogaffent, exeſſe juberetur, & omnia ſibi ablata reſtituerentur. Deinde ſe, ſi Epiſcopis videretur, ad accuſationes reſponſurum. Majori Epiſcoporum numero æqua petere videbatur; verumtamen Patres circa hæc non auſi ſunt decernere, Rege inconſulto. Is autem minime, quæ optabantur, reſcripſit; juſſit enim, ut Symmachus Papa Accuſatoribus reſponderet, antequam ejus Patrimonium, & Eccleſiæ ablata reſtituerentur; nec Papa ultra huic poſtulato inſtitit.

Igitur Patres prima Sept. in Eccleſia S. Crucis de Jeruſalem, alio nomine Baſilica Palatii Seſſoriani conveniunt. Quibusdam Epiſcopis viſum, Accuſatorum Libellum eſſe recipiendum. At is duplici defectu laborabat; primo, quod in eo dicerent, Symmachi crimina coram Rege fuiſſe probata; id falſum videbatur, cum hanc Cauſam tanquam integram Epiſcopis judicandam reliquiſſet. Secundo, quod Accuſatores Symmachum teſtimonio mancipiorum ipſius convincere vellent, ideoque peterent, ut eos traderet;

ret; id vero Legibus Civilibus repugna-
re, & ex consequenti etiam Constitutio-
nibus Canonicis, quæ a Legibus Civilibus
exclusos ad Judicium non admitte-
bant.

Inter hæc veniebat ad Synodum Sym-
machus, stipatus magna utriusque Sexus
multitudine, quæ amorem in Pontificem
lacrymis, & planctibus profitebatur. Ec-
ce vero ab irruentibus Adversariis in via
intercipitur, & inter lapidum imbres
vix evadit. Aliqui Presbyteri, qui Pon-
tificem sequebantur, vulnerati; nec ef-
fugissent necem, nisi accurrentes Regii
Duces furentium vim inhibuissent, & Pa-
pam ad S. Petrum, unde exierat, reduxif-
sent. Duces isti erant Comes Aligernus,
Gudila, & Bedulphus Regii Palatii Magi-
stri, qui Mandatum ad Concilium detu-
lerant, ut cito absolverent hoc Negotium.
Episcopi miserunt ad Regem Codicillos,
in quibus omnia, ut acta erant, refere-
bant. *Quater misimus ad Pontificem Epis-
copos, inquebant, qui interrogarent, an
adhuc in Judicio comparere vellet. Ab
aliis Episcopis nomine suo responderi jus-
sit, quod initio quidem desiderium plene se
purgandi ipsum permovisset, ut jure suo
cederet, & dignitatem non obtenderet, sed
nunc postquam extremum subiisset pericu-
lum, faceret Rex, quod videretur; se vero
salvis Canonum Decretis cogi non posse.*

Sæculum VI.
A. C. 501.

Ennod.
Apol.

To. 4. Conc.
p. 1326.
Schismatico-
rum Seditio.

p. 1330.

Adji-

Sæculum VI. A. C. 501. Adjiciunt Episcopi: *nos in absentem pronun-
ciare Sententiam non possumus, nec
contumaciæ eum arguere, qui in Judicium
venire voluit.* Denique rogant Re-
gem, ut se a periculis, quibus Romæ cir-
cumdarentur, liberaret, & ad Ecclesias
suas revertendi licentiam faceret.

In hac Seditioe præter alia vi injusta
commissa, etiam cædes Civitatem fune-
starunt. Virgines e Monasteriis suis, aut
ædibus paternis abstractæ, ignominiose
nudatæ, cæsæ, & vulneribus affectæ. Ali-
qui Presbyteri, quos inter Dignissimus,
& Gordianus, fuere, occisi.

Theodoricus Rex datis litteris Patribus
respondit in hunc modum: *Si in hac causa
Judex esse voluissem, ea æquitate me pro-
nunciaturum fuisse credo, ut Partes ambæ
sibi satisfactum jure existimassent. Verum
non arbitror, meum esse, de Causis Ecclesia-
sticis decernere. Vestrum est judicare, quod
optimum videbitur, sive causam banc dis-
cutiatis, sive dissimulandam censueritis,
dummodo urbi Pacem reddatis.* Hæ litte-
ræ prima Octobris datæ erant, quibus ac-
ceptis Patres miserunt Legatos ad Sena-
tum, qui monerent, Causas Dei Judicio
Dei esse relinquendas, præsertim cum
ageretur de Causa Successoris S. Petri;
omnem ferme Populum cum Symmacho
communicare. Strenue obstandum esse
principiis malorum, quæ dissensio animo-
rum

rum post se esset tractura. Monitis ejus-
 modi ad Senatum sæpius missis, tandem
 20. Octobr. ultimam celebraverunt Ses-
 sionem, cujus Acta habemus. Referun-
 tur ea omnia, quæ in tribus præcedenti-
 bus nempe in prima Ravennæ, ab Episco-
 pis, qui ibi in transitu erant, celebrata,
 secunda Romæ in Basilica Julii, & tertia
 etiam Romæ ad S. Crucem Jerosolymæ.
 Tum Sententia pronunciatur in hunc mo-
 dum: *Symmachum Papam coram Homini-
 bus ab omni accusatione contra eum mota
 absolvimus, omnia Dei Judicio relinquen-
 tes. Decernimus, ut Divina Mysteria in
 omnibus Ecclesiis Sedi suæ subjectis admini-
 stret. Vi Mandatorum Principis, qui no-
 bis hanc potestatem dedit, omnia, quæ ad
 Ecclesiam tam intra, quam extra Civita-
 tem Romanam spectant, ipsi restituimus.*
 Id de Bonis temporalibus accipiendum,
 quæ adempta fuerant. *Omnes Fideles
 hortamur, ut Sacram Communionem ab
 ipso accipiant, & detrectantibus Divinum
 Judicium denunciamus. Clerici Schisma-
 tici, si veniam a Pontifice oraverint, im-
 petrabunt, & Ordini suo restituentur.*
*Quicumque vero post hanc Sententiam in
 quibuscunque Ecclesiæ Romanæ Locis Deo
 consecratis absque Symmachi Papæ consen-
 su Missas celebrare ausus fuerit, Canoni-
 cam Schismaticorum Penam subibit.* Huic
 Sententiæ subscripserunt Episcopi septua-
 ginta

Sæculum VI.
 A.C. 501.

p. 1323.

Conciliū
 Sententia.

p. 1364.

Sæculum VI. ginta Sex, & primo Laurentii Mediola-
 A. C. 501. nenfis, & Petri Ravennatensis Nomina
 leguntur. De hac quarta Sessione in ali-
 quo Concilio sequente legitur: *secundum*
quartam Synodum, seu Synodum Palma-
rem. Id nominis forte a Loco, in quo
 Patres congregati erant, contraxit.

§. LI.

S. Aviti Epistola.

p. 1336.

Ubi Decretum Concilii Romani in Gal-
 liam delatum est, omnes Episcopi
 commoti, S. Avito Episcopo Viennensi
 mandarunt, ut nomine omnium scribe-
 ret. Epistolam direxit ad primos Sena-
 tores Faustum, & Symmachum, ambos
 Patricios, & Consulares; Faustus enim
 anno 483. & Symmachus 485. illam Dig-
 nitatem gesserat. S. Avitus in exordio
 Epistolæ dicit, quod ob temporum iniqui-
 tatem, & Regnorum perturbationem,
 Episcopis Galliarum non amplius liceret
 libere Romam commeare, nec in unum
 omnes coire. Tum ad ipsam Causam
 transiens queritur, Episcopos, quos Pa-
 pam coram Principe accusatum oportuif-
 set defendere, judicandi provinciam in
 se suscepisse; *sicut enim, inquit, præci-*
piente Deo hujus Terræ Potestatibus sub-
dicti sumus, ita etiam difficile captu est, quo-
modo Superior a Subditis suis, præsertim
Caput Ecclesiæ, judicari possit. Nihilo-
 minus